

1767. Dubell T. 767.

LXXI. C. 8936

# PROTESTATIO

Magnificorum, ac Generosorum Dignitatum  
Officialium, Terrigenarum ac In-  
colarum Inclytæ Terræ Leopoliensis con-  
tra Religiosos Patres Societatis JESU  
Collegii Leopoliensis.

*Aetum in Castro Inferiori, Leopoliensi Feria Secunda post  
Dominicam Judica Quadragesimalē proximā, Annō Domini  
Millesimo Septingentesimō Sexagesimō.*

**C**oram Magnifico EDMUNDO CHOYNACKI Venatore Di-  
strictus Zydaczoviensis in Locum Magnificorum DOMINI  
LAURENTII à BŁAZOW BŁAZOWSKI, Tribuni Terræ & Vice-  
Capitanei, STEPHANI de Hordynia HORDYNSKI Ensiferi Pa-  
latinatus Kijoviæ, Notarii utrorumq; Loci præsentis Officialium  
assumpto Subdelegato, Munusq; Subdelegationis suæ in se libere  
assumente personaliter comparentes Iidem Magnifici Officiales Ca-  
strenses Loci præsentis, atq; Magnifici & Generosi BENEDICTUS  
IGNATIUS BŁAZOWSKI Pocillator Districtus Zydaczoviens-  
is, CONSTANTINUS PAPARA Dapifer Terræ Dobrzynensis,  
DOMINICUS ZBYKALSKI Subdapifer Terræ Novogrodensis,  
JOSEPHUS ANTONIUS BŁAZOWSKI Thesaurarius Bilsensis,  
MICHAEL THADÆUS *de Hordynia* HORDYNSKI Venator  
Latyczoviensis, Vicesregens Loci præsentis, FRANCISCUS  
*Skorupka* PADLEWSKI Ensiferides Terræ Leopoliensis, MARTI-  
NUS STANISLAUS KOSTKA BAKOWSKI Regens Castrensis  
Trembovliensis, GREGORIUS ONUFRIUS *de Sroki* SROKO-  
WSKI, JACOBUS IGNATIUS MODRZEWSKI, CASIMI-  
RUS FRANCISCUS *Regis de Lewce* LEWIECKI, FRANCI-  
CUS SIEDLINSKI, ANTONIUS DOBRUCKI, Subdelegati

(1)

Loci

Leci præsentis Jurati, THEODORUS STEPHANUS & PAULUS de Czajkowice CZAYKOWSCY, ANDREAS KROPLWNICKI, GASPAR de Borzym, BORZYM, PETRUS BŁAZOWSKI, THEODORUS MAJKOWSKI, CONSTANTINUS de Czaplice POHORECKI, LUDOVICUS KOSSOWSKI Thesaurides Terræ Drohiciensis, IGNATIUS SIEDLINSKI & FELIX BRZOZOWSKI, Dignitarii, Officiales, Terrigenæ, & Incolæ Inelytz Terræ Leopolienis nonnulli, à prima notitia solenniter, & quidem Officium coram Eodem Magnifico Subdelegato, Alii verò coram Officio præfenti, & Ejus Actis suo & aliorum Magnificorum ac Generotorum Dignitariotum, Officium, Terrigenatum, & Incolarum Terræ præsentis Nominis, præcavendo omnimodæ integritati Legum Patriiarum, avertendoq; injuriosos ex rationibus inscriptis Reipublicæ eventus, non ex ullo privato sed publico Interesse, tam primitivas Manifestationes Annorum Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Primi, & Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Secundi, per Nuntios Palatinatus Cracoviæ & ex Terra Haliciensi vicinæ in Palatinatu Russiæ existenti associata, ad Conventum Generalem Regni Deputatos, neenon Dignitarios Ejusdem Palatinatus Cracoviensis, principiis obstante factas reassumendo, quam prætentaneas per Illustres Magnificos Senatores, Dignitarios Terrarum variarum ad Acta Authentica Regni sui Territorij illatas corroborando & ratificando, ac unanimem assensum sui cum ejsdem Manifestationibus jungendo, interpretationemq; Constitutionum Regni, seu eversionem earundem ac sancta Reipublicæ salvando. In & contra Religiosos in Christo Patres Societatis Jesu Collegii Leopoliensis manifestantur & protestantur de & super eo: Quia Eadem Religiosi Patres Societatis Jesu, quamvis per optimè sciverint solam nonnisi Almam Academiam Cracoviensem, per Serenissimos CASIMIRUM Magnum, VLADISLAUM JAGELLONEM, Reges Poloniæ pro primo hocce in Regno, deinde Filiam ejus itidem Almam Academiam Zamysensem per Serenissimum olim MICHAELEM I. Regem Polo-

Poloniæ, ad petita olim Illustris Magnifici JOANNIS ZAMOYSKI Supremi Cancellarii, & Exercituum Regni Ducis, Viri sacerdotis expectandi, Conditoris Ordinatæ Zamoyscensis, præmiando Ejus in Republica merita, cum assensu omnium Ordinum institutam, taliterq; utrasq; Cracoviensem Matrem & Zamoyscensem unicum Filiam Constitutionibus Regni, & signanter Annorum Millesimi Quingentesimi Trigesimi Quinti, Millesimi Sexcentesimi Septuagesimi Septimi, & Millesimi Sexcentesimi Octuagesimi Quinti munitas, conservatas, & pro perpetuis solas ipsas declaratas, Juribus & prærogativis dotatas esse, nullamq; amplius fundandam & erigendam sine consensu Trinorum Ordinum Academiam, Rempublicam spopondisse, & Constitutionibus Regni ac Diplomatibus Serenissimorum Regum Poloniæ id prescriptisse, & eò usq; suum in præmissis arbitrium & unanimem assensum manutenuisse. Modernos vero Religiosos Patres Societatis JESU Collegii Leopoliensis, licet intuitu Erectionis similis Academiarum, à tot Annis Rempublicam tentasse, nec tamen præmissa lucratos esse, solummodo ad male narrata Privilegium quoddam à Serenissimo olim Divæ memorie JOANNE CASIMIRO Rege Poloniarum subreptitiè procurasse, tandem in subsequens id Privilegium locò Approbationis rejectum, reprobatum & pro reponibili declaratum, ac Manifestationibus & Protestationibus suprascriptis pro nullo reputatum extitisse. Ad extremum Confirmatione à Sancta Sede Apostolica, videlicet Sanctissimo Domino ALEXANDRO VII. destitutum, & de pleno mortificatum ac exoletum, & ad præsens diuturnitate sæculorum obliteratum esse. Attamen Idem Religiosi Patres Societatis JESU, reassumpto suprafato Privilegio, jam reprobato, & Confirmatione destituto, robore dicti Privilegii rejecti, & destituti, Titulum novæ Academiarum in Collegio suo Leopoliensi cum Laureis Doctoratus, cum ingenti jactura Almæ Academiarum Cracoviensis & ejus Filia Zamoyscensis, quibus solis & unicis concepsum à Serenissimis Regibus Poloniæ, seu alias Trinis Ordinibus, ut omnibus Scientiis Laureatis Doctoribus, cunctisq; prærogativis aereant

teat, nulliter & indebet sibi usurpare, præterisam itaq; ean-  
dem Academiam in nullo fundamento, private, sine scitu, & no-  
titia totius Reipublicæ, sine scitu Terræ præteris Dignitario-  
rum, Terrigenarum, & Incolarum, Annō nuper præterito,  
Millesimō Septingentesimō Quinquagesimō Nonō in Adventu,  
sub actuali pro illo tempore celebratione Judiciorum, Termino-  
rum, Querelarum, congressuq; variorum Dignitariorum, & Ter-  
rigenarum, non notificato etiam Officio Castrensi Capitaneali  
Leopoliensi, Brachio Capitaneali & per consequens Regio, de  
præfata Introductione, clam introducere & aperire, pro stabili-  
mentoq; toties dictæ suprascriptæ, nomine nec autem re pri-  
vatæ Academiæ suæ, Lauream Doctoralem Perillustri Rido  
*Nassalyni* Canonico Chelmensi conferre, & his gradibus, pro-  
cedendo subdolè talem Academiam in nullo fundamento velle  
legitimare, quærendoq; omnes modos & media, hanc suam  
Academiam sublatō fundamento, sine consensu Trinorum Ordin-  
num, stare, non valentem fulcire, & munire conari, pro corro-  
boratione ejusdem à nonnullis Personis intercessatis favore sui  
subscriptiones quasdam sub tempus Contractuum hic Leopoli  
post Festum Sanctorum Trium Regum agitantium in Residentiis  
private ad id assensum præbentium, ut notum est, ac si esset  
Introductio cum scitu omnium Dignitariorum & Terrigenarum,  
procurare, per idq; privatum sui opus velle talibus medijs stabi-  
lire, & Sancita totius Reipublicæ evertere, & ita procedendo  
Leges & Constitutiones Regni necnon Privilegia Serenissimo-  
rum Regum Poloniæ, præfatis Academiis Cracoviensi & Za-  
moyscensi benigniter collata supprimere, necnon Diplomati  
certo à Serenissimo olim Divæ memoriæ AUGUSTO II. Die  
Trigesima Prima Maji, Millesimō Septingentesimō Sextō Annō,  
dato, de Tenore qui sequitur tali: AUGUSTUS II. DEI Gratia  
Rex Poloniae &c. Universis & singulis &c. Nos insistendo zelo Di-  
vorum Praedecessorum nostrorum, ac signanter Serenissimi olim 30.  
ANNIS III. Qui exercitium Facultatis Anathomicae, cuidam Honorato  
Thomæ Budny per memoratos Religiosos Societatis Jesu in Comitatu  
Regni

Regni, Millesimo Sexcentesimo octuagesimo Octavo, facultatem eamdem Authoritate publica erigi, supplicantes conducto, vetuit & prohibuit, petitioniq; ejusmodi sese opp; suit, amovendoq; quascunq; in posterum contentorum, & rixarum occasiones faciendum esse duximus, ut tam in dicta Civitate Nostra Leopoliensi, quam & in aliis locis erectionem Physica & Anathomica per dictos Religiosos, & quemlibet alium instaurandam prohiberemus, & interdicceremus, veluti hoc Nostro Diplomate interdicimus & prohibemus; perpetuo, & in evum. Controversiasq; hac in parte per Antecessores Nostros, & Rempublicam assopitas nullatenus innovare volumus, quinimò interdicimus. Insuper in barendo submissioni eorumdem Religiosorum Societatis Jesu, Transactioniq; cum Magistratu Leopoliensi, in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo, per Religiosum Rectorem eorum, circa receptionem eorum in Civitatem inita, qua se obstrinxerunt, non amplius Fundorum in Civitate in posterum pretendere, prospiciendoq; Legibus Regni, ne Fundi, area, Domus, Lapidea, Horti, uno verbo bona immobilia & solistantia, alias Patrimonium Reipublice minuatur, vires ejusdem encalentur, & q; ovis sub pretextu Bona tam Civilia quam Terrestria abalienentur, contributiones diminuantur, declarandum esse duximus, declaramusq; per praesentes, nullam amplius licentiam & facultatem, Religiosis Societatis Jesu acquirendorum Fundorum & arearum, in eadem Civitate Leopoliensi, quinimò si concessam in premissis facultatem ex Cancellaria Nostra ad senioram ejusdem informationem obtinuerunt, eandem tanquam illicitam, & invalidam, Legibus Regni contrariam, Juribus Universitatis Cracoviensis prejudiciosam esse declaramus, eandemq; revocamus, & nullius roboris esse declaramus. Quod ad notitiam quorum interest, praesertim vero Dignitariorum, Officialium, Totiusq; Ordinis Equestris Palatina- tuum Russie, Volhynie, & aliorum omnium, necnon Generosi Capitanei Nostri Leopoliensis nunc, & pro tempore existentis, atq; Magistratus Judicij Advocatalis, & Scabinalis, Ordinumq; Civitatis Leopoliensis deducendo mandamus, & pricipimus, ne praesentibus nostris ullo modo contraveniant &c. In coemendis Lapideis cum prajudicio Civitatis, & electione Convictus in summum prajudicium

Nobi-

Nobilitatis Polonæ procedendo, contravenire ausi sunt, teme-  
rèq; & privatè præsumperunt. Ratione quorum omnium mo-  
derni Manifestantes, suis & quibus supra Nominibus tam ratione  
per eosdem Religiosos manifestatos ut liquet, ex contextu cu-  
jusdam Libelculi, sub Titulo *Oświadczenie Akademii Jezuickiej*  
*Lwowskiej &c.* sub ignoto Nomine, studio eorundem manife-  
statorum in lucem editi, liberam acquisitionem Titulo Hæredi-  
tatis, tam bonorum Terrestrium, quam fundorum & Lapidea-  
rum Civitatenium, more Academiæ Cracoviensis sibi velic usur-  
pationis, in eodemq; Libelculo omnium Manifestationum, per  
tot & tantas Dignissimas Personas, etiam per Nuntios ad Co-  
mitia Generalia, adeoq; per Conditores Legum melius de Patria  
& Bonis suis (quam Religiösi Jesuitæ) sentientes, in fundamento  
Constitutionum Regni, obviando publicæ injuriæ, contra eos-  
dem Manifestatos factarum, vilipendiosis, imò in contemptu-  
earundem Personarum, & vilipendium Manifestationum factarum,  
ac pro re earundem Academiarum faciendarum in eodem Libel-  
culo de Tenore tali Puncti iugroficationis Author: *Ia przysięgne*  
*żę nich, alias Oyców Jezuitow, że choćby IcbMośc Akademicy wßy-  
jskie Grody z Konfessorze napełnili swoimi Manifestami, dla tych*  
*Oycowie Jezuici zapewne nie zamkna raz otwartej Akademii &c.*  
Per idq; omnino Rempublicam pro velle suo, non pro velle  
Legum stimulare conationis, aliisq; millenis ex rationibus,  
ibi ubi congregantur Consilia, & remedia Reipublicæ inferendis,  
reassumendo easdem omnes, tam antecedaneas, quam præsen-  
taneas Manifestationes præfatæ Almæ Academiæ Cracoviensi  
& Filiaæ ejus Zamyslensi, in fundamento Legis militantes, de  
invaliditate verò mentionatæ ejusdem privatæ sine scitu quo-  
rum intererat introductæ Academiæ cardinalem rationem qua-  
rendi, Titulo Hæreditario Bona Terrestria, Fundos & Lapideas  
Civitatenses habendi, & solummodo in fundamento ejusdem  
Privilegii olim Serenissimi Divæ memorizæ JOANNIS CASIMI-  
RI Regis Poloniarum, in post, per Trinos Ordines rejecti, repro-  
bati & destituti stabilitæ, per idq; nullatenus stare valentis,

hanc


hanc solennem Actis præsentibus deferunt Manifestationem & Protestationem.

*Ex Actis Castrenibus Capitanealibus Leopolensiisbus extraditure*

Correxi Wierzeyski, m.p.

Lectum per Gornicki m.p.

(L.S)



XVIII.2.970

(1)